

#### Universitätsbibliothek Paderborn

### De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato

Stengel, Georg Ingolstadii, 1650

Capvt VI. Deum iustè beatos, in cælo, gloria & honore; in terris autem gratia & iustitia coronasse; nec sine magnis caussis hominibus gloriæ appetitum reliquisse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48689

veletiam Episc. male appeatur?

tum Martinum dixisse: Maiorem sibi virtu- dial. z.de tem ante Episcopatum fuisse, quam postea: cum Martin; duos ante suscitauerit mertuos, postea solum. Thom. vnum. Hæc Thomas Cantipratensis. Qui Cantipr. ibidem hune capiti vigesimo epilogum ap- lib. 2. ponit: His narratus, non ambigo, qued bonum c. 20. 8.3. opus desiderat, qui Episcopatum desiderat: sed tamen qui non præssse desiderat, sed prodesse. Et vtinam multi tales! Si ergo confusionem & opprobrium aterna pæna effugere volueris, cum Vide in-Pralatis providis & perfectes lassos & oberran fra cap 9. tes prosequere, ne per tuam negligentiam, aut § 3.& seq. duritiam depereant, velexemplum.

## CAPVT VI.

Deumiuste beatos, in calo, gloria & honore; in terris autem gratia & iustitia coronasse; nec sine magnis caussis hominibus gloria appetitum reliquisse.

Quid fit. & quanti facienda Cloria coelestu?



8 eft.

uit

nita.

umt,

in

100.

Au

real alu.

litus

tem

Hot

atú,

nus

em

Caha

ntle

an.

1510

at ca-

sie

)Usi

gel

ea.

um

Ebus ita constitutis, facile cuiq; est cernere, duplex esse honoris atque gloriæ genus. Vnus enim E 4

honor

honor cælestis, à solo Deo est; alter velà Deo solo, vel etiam ab hominibus in terris exhibetur: ille æternus, iste cum tempore, fortuna, vità fugiens. Atque hic rursus vel verus, vel vanus; quorum iste semper illicitè, ille autem aliquando bene, aliquando contra rectæ rationis normam appetitur. Esse honorem cælestem, qui à solo Deo hominibus impenditur, beatitudo demonstrat numquam desitura, quæ quia summe facit excellentes, summi quoque honoris & glorie est fundamentum. Nihil enim maius, aut honorificentius de homine dici potest, quam eum esse beatum, hoc est, ad finem vleimum perfectionemque suam peruenisse. Quamquam enim beatitudo in hoc excellentiæ testimonio non consistat, quod est in honorante, qui reuerentiam exhibet honorato, adeoq; extra honoratum, cum beatitudo in ipso esse beato debeat; tamen beatitudinem consequiturhonor, & gloria. Ob quam connexionem, in diuinis litteris, plerumq, cælestis gloriæ nomine exprimieur ipsa beatitudo, quæ à nemine, nisi à beatissimo Deo conferri potest. Et vrique summè honorat Deus, quem beatitudine dignu

Pfal, 13% indicat. De quo honore ait Psalmista: Mihi 17.

autem

là

ris

re,

vel

CI-

do

ır.

0-

rat

CIL

0.

83

n

le.

elt

0=

2=

a.

S,

1-

1-

ű

hi

m

aute nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus corum; ita confortatus, vt eripi illis numquam possit. Quam iuste Deus Sanctos suos hoc honore coronet, sæpe etiam in hac vita fit perspicuum; plane tamen ac plene, in vitimo Mundi iudicio, omnibus innotescer. Ita- 1. Cor. 4. que nolite ante tempus indicare, quoadusq, ve- 5. niat Dominus, ait Apostolus, qui & illuminabit absconditatenebrarum, & manifestabit confilia cordium: & tune law erit unicuig a Deo. Neque enim amici tantum, aut benedicti, seruig, sideles vocabuntur Sancti, sed etiam peculiariter corum merita virtutesq; recensebuntur, quando dicetur: Esurini Matth 25. enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & 35. dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistes me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me, Quantò magis recensebuntur opera maiora fortitudinis & charitatis? vt tunc omnia vulnera & tormenta, quæ ob Dei nomen sustinuerunt martyres, coram toto Mundo gloriosissimè celebrentur. Quemadinodum & scelera impiorum omnibus patefient, vt de diuina iustitia vbique palam. constet. Quamquam, sicut maxima homimis

74

Marc. 8.

nis excellentia consistit in beatitudine eius, quæ est hominis bonum perfectum, ita & summus honor est, si illa innotescat. Innotescet autem, quando Filius hominis consite. bitur eum in gleria Patris sui, ceram Angelu eius, non tantum in iudicio extremo, sed etiam in cælo, per omnem æternitarem. Quæ gloria tanta est, vt meritò ad eam appetendam nos excitans Apostolus dicat: Non sunt condigna passiones huius temporu ad suturam gloriam, qua reuelabitur in nobis. Sicut enim ingentes obelisci magno quidem.

Rom. 8.

Non sunt condigne passiones huises temporu ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. Sicut enim ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur, &, ob immensum molis pondus, dissicilè collocantur; sed semel collocati infinitis durant sæculis: ita arduu est, parare sibi in exto coronam, sed parata numquam intermorietur. Superat ergo infinitis modis laborem honor, & ærumnam omnem gloria sempiterna; quæ tantò maior est glorià omni humanà, quantò pluris est Dei, quàm hominum de homine notitia atque iudicium saciendum. Vnde stultissimi sunt, qui malunt apud mortales, quàm immortalem Mundi Principem æstimari, & clarescere.

Qua in gloria cratus sit homo?

Alter

115,

oc

0.

il.

lu

ed

Lo

n

lo

el

ıú

2-

1-

ò

ò

19

Alter honor à solo item Deo, sed nonæternus, tributus est homini, cum initio conderetur, tam præstantibus naturæ & gratiz donis ornatus, vt eum confiderans rex exclamarit: Quid est homo, quod memor Psal. 8. 53 es eius? aut Filius hommis, queniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis. gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius, ones, & bones vniuersas, in super & pecera campi. &c. Quantus iste honor erat? Ex luto eum produxit; filium terræ dominum terræ fecit, & hæredem cæli; non solum intellectu præditum, fed etiam iustitia originali indutum, omnique virtutum genere condecoratum; quondam etiam è Paradiso terreno in calestem transferendum, atque iuxta Angelos collocandum. Verum homo cum in bonore effet, Pfal. 48. non intellexit; comparatus oft iumentis insipien. 13. tibus, & similis factus est illis. Secutus senfum, amisit intellectum; non quidem vt nihil, sed vt minus intelligeret; jamq; mentis impetu rationem obfuscante, tantum deflexit ab honore, quantum recessit à virtute. Sicur ergo iure suo Conditor, qui mali author este non potest, opus magni mundi perfe-

perfectum produxit, ita & paruum mundum voluit esse vndiq; in origine sua ornatum. Hoc inueni, ait Ecclesiasses, quòd secrit Deus hominem rectum: qui si ipse se insinitis miscuit quastionibus, & perturbationibus, sibi culpam, non Deo ascribat. Deus qui virtutes dedit, id dedit, vnde gloria surgeret: homo, qui vitijs se mancipauit, caussa fuit earum rerum, vnde ignominia nasceretur. Neminem itaque potest de amisso honore, aut ignominia illata, nisi se ipsum accusare; malum quod patitur suo sibi iumento accersiuit; dum voluit esse sicut dij, malè se in beatam, seu Macariam, vt dicitur abstulit.

S. III.

Etiam post Adami lapsum aliquidesse in homine, quod honorari possit.

Quoniam autem, etiam post Adami peccatum, multæ adhuc res in homine excellentes permanserunt, neque omnes virtutes extinctæ sunt, debetur illis ex natura sua honos, tamquam testimonium excellentiæ. Et quidem illis operibus, quæ non solumcum diuina gratia, sed etiam ab eo siunt, qui est ipse in gratia Dei; debetur honor æternus ab eo, qui diligentibus se coronam insti1.

a --

11

a

64

-

è

tie promisit, quique glorificantes se glorificat, iuxta illud: Quicumq, elerificauerit me, glo. 1. Reg.2. rificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt 30. ignobiles. Aliquando tamen etiam in hac vita amicos suos honorat; aliquando sinit etiam ab alijs honorari; aliquando hunc fugitiuum honorem illis negat, subducit, succidit, semper iustis de caussis. Neque. enim Deus vlli mortalium, ob quamcumq; virtutem, debet honorem temporalem. Etfi enim, vt D. Augustinus ait, illos honorat & S. August. diligit, qui illicita fugiunt, sæpe tamen, sal de temtem ad tempus eosdem sinit aliqua ignomi- pore. niz nota infamari; vt innocentem loseph, & castissimi nominis feminam Susannam, qui etsi illicita fugerint, tamen eos Deus passus est de adulterijs infamari, vt patientiæ laus accederet ad castitatem. Quemadmodum enim aromata vehementius fragrant, cum mouentur, aut teruntur; fic virtutis fama latius diffunditur, quando rebus aduersis exercetur. Vnde quidam, per ignominiam eunt ad famam bonam : neque est parua gloria, infamem simul patienter fuille, & innocentem.

S. IV.

Cur honoris appetitus homini insit?

Nasci-

78

1. 2. 9 2 3. 2, ad, 2.

Nascitur itaque hic quæstio, cur tatitum voluerit Deus à natura hominibus ho. S. Thom. noris appetitum ingenerari? Cui D. Thomas respondet, omnes naturali beatitudinis suæ desiderio teneri, felicesque esse velle, si ex toto non possunt, saltem ex parte. Cum igitur beatitudo sit excellentia quædam, & quidem maxima, neque honor aliud quid, quam testimonium excellentiæ, fit vt homines honorem maxime desiderent, eoque vehementissime delectentur, quia ex eo testimonio iudicioque, se se felices & excellentes esse intelligunt. Qua de caussa etiam potissime volunt à sapientibus honorari, quorum iudicia putant minus errare, essequ veriora. Etsi autem per peccatum debilitata est hominis natura, non tamen est extirpata. Sicut igitur aliquod desiderium beatitudinis, ita & quidam amor honoris mansit, in eo tamen & ipse corruptus, quia sepius tendit in fugitiuum, quam permansurum honorem; neque eo semper modo, aut fine tendit, quo deberet tendere. Quamuis nonnumquam, sapienti Numinis prouidentia, sicut ex ipsa peccati permissione, itaetiam ex prauo honoris appetitu, multabona suam sumunt occasionem. Multi eti-

am, dum eum vincunt, diabolum vincunt; multi dum ab eo ordinato, vel etiam inordinato reguntur, peccata horrent, ne bonum apud homines nomen amittant: multi opera quadam suscipiunt laboriosa & dura, quæ honoribus adiunctjs molliuntur; multi honoribus, velut pueri crepundijs, placantur, & sinunt se se velut melimelis satiari: dum enm gloriam æternam non merentur, recipiunt in operum suorum mercedem gloriam temporalem: multi excitantur ad artes inveniendas vel exercendas; multi ad virtutes ipsas tandem recto ordine colendas; multi ad amicitias conciliandas, & gratitudinem exhibendam; multi dum alios honorant, Deum ipsum in alijs honorant. Denique per hunc honorem ad æternos honores extimulantur. Quæ omnia explicatius ostendam.

5. V

Vana gloria at que honoris causa facta, aliquando in Dei honorem conuerti.

1. Ad captandas vanas hominum laudes quidam sibi statuas posuerunt, quæ postea in Diuorum conuersæ sunt simulachra... Vestierunt se multi & multæ auro & argento, vt coram oculis humanis splenderent,

fee

an.

ho.

ho-

inis

e, si

ùm

, &

id,

10-

áuc

te-

el-

am

III,

eq

ata

oa-

ti-

n-

110

ut

115

11-

م

ى

la

no

sed postea is omnis ornatus cessit in ornatum templorum. 2. Ferrum priùs calore solutum ac mollitum, postea frigida durescit ac solidatur aqua; ita multi honorum spe aut adeptione deliniti; postea animum ad æternos honores, & solidas virtutes ap-

Heribert. Roivveid lib. 1. vit. SS.PP. in vita S Pachomij Abbatis Tabenmenl, c.35.

pulerunt. Monachus quidam presbyter multorum fratrum pater existens, qui solitus erat S, Pachomium crebro visitare, venit adeum cum vno fratre, propter contentionem, quain monasterio orta fuerat, ex has videlicet causa: Is ipse frater, qui cum eo peruenerat, molestus erat ei nimium, clericatus desiderans dignitatem: quem sciens indignum tali munere, diverso modo, ne hoc ipsum fieret, differebat. Et cum amplius importunitatem eins ferre non possi, venit ad S. Pachomium, cuncta qua negoti erant eidem pandens, certus, quod ipse solus contentiones huiusmodi posset absoluere. Qui cum caussam penitus cognouisset, ait Presbytero: Nonne ad hoc venisti, ut per me coonosceres Do. mini voluntatem? Audi ergo me, & da ei quod postulat, nihil in hac parte desperans. Fortasii enim per hoc officium liberabitur anima eius de captinitate diaboli. Sape namque contingit, vt homo malus affectus beneficijs ad bonos se conferat mores. Desiderium namque malerum, pi-

um nouit ingenerare propositum, his dumtaxat animabus, que non vsque adeo negligentia torpore prolapsa sunt', vt possint studere virtutibus. Nos ergo frater, boc agere decet, quod Deo placeat. Sic enim dilectio eius in nobis esse probabitur, si compatimur alterutrum. Hoc accepto responso, senior fecit, quod sibi fuerat imperatu. Sed frater ille voti compos effectus, ad B. Pachomium renersus est, iam mente sobrius atque compunctus, & cadens in faciem confitebatur dicens: O homo Dei, multum sublimatus es a Deo, qui discernens ea, qua pertinent ad salutem, malum in bono vicisti. Si ergo non fuisses erga me mitis, atq, longanimis, sed aliquid in me rigidum protulisses: ab hoe discedens habitu, à Deo prorsus alienus efficerer. Nunc autem benedictus tu Domino, per quem anima mea salna facta est. Tunc elenans eum de terra venerabilis senex, hortabatur sedulò, ut vitam sumeret congruam dignitati, ne quando negligens perpetuain future termenta sentiret. Et osculatus eum, dimisit in pace: quem etiam vsque adfores monastery prosecutus est. Vtitur hac Pachomij arte sæpe Deus, dum enim ad honores admittit illos, qui in priuata vita. fuissent magistri omnium petulantiarum, sæpe graues efficit atque modestos. Quia honores

na=

lore

ref.

m

um

ap.

zul-

rat

m

e in

Ta:

(tus

ta.

er.

um

Tet,

oth

no

ans

0:

00

od

at

ut

honores mutant mores: & alia officia alia exigunt facta. Quoties enim vidimus eos, qui subditi videbantur libertate maiore vtentes, postea superiores factos structissimum vitæ genus amplexos esse? quoties Canonicos audiuimus dissolutos, mitrà imposità coërcitos? Vno verbo, multi gradus altiores malè appetiuerunt, sed bene visunt; & per ipsum errorem grassati sunt ad veritatem. Nimirum vt nutrices pueris dicunt, ne plora, & accipies; ita talibus dicendum est, ne stationem desere; ne abisce arma; dabo, & cedam tibi hac vice; vi tu quoque alia vice discas cedere.

S. VI.

Et Christi, & magnorum principum magnos honores fugientium exemplo, satius esse honoris appetitum domare.

Heb. 4, 15.

3. Nimirum non habemus Pontificem, qui non possit compati insirmitatibus nostris, cedit ad tempus, & concedit honores eriam illos, quorum appetitum satius esset domare. Et sanè, cum tantum in honoribus situm esse bonum existimemus, magnam Numini victimam offerimus, & cacodæmonem vehementer mactamus, si mactemus honoris appetitum. Excelsi enim animi est, cum præclara

lia

OS,

re iffi.

ies

im.

dus

VI

t ad

di.

dibij.

; VI

rnos

7=

gui

dit.

05,

Et

elle

VI.

10.

p-

·20 ara

clara gesseris, gloriam contemnere. Cuius rei, in ipso Domino illustrissima exempla habemus. Nam quando eum Satan tentauit, vt ex lapidibus panes faceret; atque rursus, vt se deorsum mitteret Angelorum manibus excipiendum, & de tam claris miraculis agnoscendum; rejecit à se tentatorem, docuitque nos, ne gloriam à miraculis captaremus. Quemadmodum nec ipse voluit gloriosum illud spectaculum vulgari, quo solis instar in monte Thabor explenduit, nemini inquiens, dixeritis visionem, Marth. 72 donec Filius hominis à mortuis resurgat. Alia ?. vice, cum cognouisset, quia venturi essent, vt loann. 60 raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Atque iterum, cum eum interrogaret Pilotus: Tu es rex Iudaorum? respondit: Regnum meum non est toan. 180 de boc mundo. Sic titulos abdicare, sic fu- 33. gere purpuram, sic docuit nos nihili facere præsentis vitæ dignitates; & vincere diabolum, dum vincimus honoris cupiditatem, quæ tamen in illo, non fuit, qui dixit: Ego gloriam meam non quero. Et didicerunt multi, de quibus suprà. Et cur non didicissent Cap. 45 Christiani, cum, teste Suetonio, Domitia- 5.5. nus Romanorum Imperator paucis notum in Domis F 2

elle tianoe

84

Niceph. Callift. 116.12. Eccl. hift. cap. 38.

Eccli, 4.

150

essedixerit, quam misera & ærumnosa sit imperantium conditio, qui à tyrannidir falsa suspicione tum demum liberantur, cum diem iam extremum claudunt. Iouianus certè in Romanorum Imperatorem electus, cum argueretur, quod eam dignitatem reieeisset, atque insignia Imperatoria recipere plane recusaret, respondisse fertur: Se virum Christianum nequaquam is im. perare posse, qui Gracissarent, superstitiones sectari didicissent. Tanta vbique est hominum improborum multitudo, vt si eam imperaturi considerarent, aut perspectam habe rent, prorsus cum Iouiano sensuri videantur. Sensit cum illo Otho Imperator Romanorum, qui sæpenumero dicere solebat

Bruso.lib. ad suos: Nescitis, amici, quid sit Romanorum 3. eap. 13. gubernare Imperium: mihi credite iam experto, qui iam mori malo, quam imperare.

6. VII.

Laudis amore, & metu dedeceris, multa mali vitari, & bona fieri.

4. Multi honoris amantes, peccata vitant, ne dedecus & infamiam incurrant. Hac enim de caussa dicitur: Curam habe de beno nomine. Vt enim virtuti laus debetut, ita vitijs ignominia est annexa. Quam mul-

ti iactan-

a sit

dig

IL,

JUI

em

III.

oria

fer-

im.

esq

um

ra.

bea

an-

00

bat

级粉

18%

dill

110

ti iactantia abstinent, ne dicantur Thrasones, aut Ardeliones esse videantur? Quam multi deposita reddunt, ne insideles esse putentur; & quamuis auidi, manus abstinent, à pecunijs alienis, ne pro Autolycis habeantur? quia melius est nomen bonum, quam divitia multa. Alij, cametsi sicci, vino sibi interdicunt, ne laudem amittant temperantis. Quidam casti manent, ne prole secuta, eorum libido prodatur. Nec coram viris honoratis impatienter erumpunt alij, licet graui iniuria affecti; qui, si arbitri deessent, ita insanirent, vt viderentur de potestate mentis exijsse. Nullum denique vitium est, quod ab honoris appetitu non refrænetur, aut ab ignominiæ metu non cohibeatur. Cum aliquando diffluxisset exercitus, & non remansissent, nis octingenti viri, Iudas dixit bis, quiresidui erant : Sur- 1. Mach? gamus, & eamus ad adversarios nostros, si pote- 90 8. rimus puonare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras mode, & revertamur ad fratres mestros, & tunc pugnabimus aduersus eos: nos autempaucisumm. Et ait Indas: Absit istam remfacere, vt fugiamus ab eis: & si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virinte pro-F 3

peer fratres nostros, & non inferamus crimen giaria nostra. Vere generosi ducis idea erat Iudas. Alij ignaui, & ad telas potius quan tela nati, nihil pensi habent, quidquidsa ma ferat; dicantur timidi; vocentur puella, & Phrygiæ, non Phryges; nominenturle pores, Endymiones; Sardanapali; strenu ad pocula; inuiti ad prœlia; nihil illos tangit; haud enim magni faciunt honorem,qu res suas sibi habere iusserunt virtutem, num quam facilead bonum nomen redituri. Vi enim ignis accensus sine labore servatur,en tinetus autem difficulter iterum accenditus ita famam tueri facile est, extinctam hauf

Jib s. de cluit, c. ja.

5. August, facile recuperare. Quare paucorum virtu ad oloriam, honorem, imperium, vera via, il est virtute ipsa nitentium etiam à, Catonelan data est. Ida talibus potisimum concessit homi nibus addomanda gravia mala multarum gentium, qui caussa bonoris, laudes, & gloria com sulerent patria, in qua ipsam oloriam require bant, salutem g eius saluti sua praponere non di bitarent, pro isto uno vitio, idest, amore laudi pecunia cupiditatem, & multa alia vitia comprimentes, ait S. Augustinus.

§. VIII.

Heneribus labores velut melle condiri.

5 . La.

imen

rat

uam

d fa

ella,

rle.

enu

tan.

1,90

lum

. VI

r,ex.

itur

naud

irtill

4,16

LANO

09%14

OCK.

CON

uirt.

2 ash

Man

67#4

La

xus, honoribus mitigatur, qui si sperati non fuissent, nullum vmquam Herculem, nullum lasonem, Theseum nullum habuissemus. Quid enim Herculem ad tot adegit labores, nisi samæ sitis? Quid Iasonem & cæteros Argonautas, vt primi fragilem committerent pelago ratem, & ad vellus aureu aspirarent, nisi gloriæ cupiditas? Hanc viderunt

Phasidis in ripa stantem innenes és vocantem,

& neque sæuas maris tempestates, neque, metuendas draconis vigilias timuerunt. Quamquam autem isti tales in eo errârint, quòd virtutum suarum sinem mercedemý; in laude ponerent, quemadmodum &

Cum saum cupiens contra contendere Catuli.
monstrum, de Nup

Aut mortem oppeteret Theseus, aut pra- Thetidos.

multi tamen sunt alij, qui tametsi altiorem negotijs suis scopum præsigunt, multum tamen etiam roboris ex honore, labores ossicia q; comitante, adipiscuntur. Si enim tam multi horrent munera ac dignitates honoratas, ob onera pericula q; ijs velut

F 4 Her-

Catullide Nupti Pelei & Thetidos

Herculeo nodo affixa, quid facerent, si ho. nores deessent? Vt ergo amaras pilulas inaurant Pharmacopolæ, ita Deus gravia atque onerosa officia honoribus ornara red dit dulciora. Et quemadmodum nulla vm. quam mater tot molestias ab infante suo pateretur, nisi amore labores omnes temperante; ita vix quisquam sustineret incom moda regiminis, nisi accederet amor hono. ris, qui, velut baculus sustentat senem, fulcit sarcinas magnas humeris baiulantem. Hat de caussa coniunxit Deus labores & hono. res, vt illi per hos dulcescerent, isti autem ignauis per illos amarescerent. Oninius Camillus, teste Lampridio, antiqua familiase. nator, homo delicatisimus, rebellione molieba. tur, tyrannidem affectans. Id cum Alexandro Imperatori renuntiatum esset, statimá, probatio ad palatium eum rogauit, eig, gratias egit, quod Reip: curam, que bonis viris recufantibus imponisolet, sponte reciperet. Mox ad senatum processit, ac tanti sceleris conscientia trepidum consortem Imperiy appellauit, in palatium rect pit, ernamentis Imperialibus, & melieribus quam vtebatur ipse, decerauit, profectionis co. mitem adhibuit. Cumá, Imperator ipse pedibu ster faceret, innitanit & Oninium delitys af-(netum

ho.

in-

uia

red.

vm-

fuo

em.

om.

no.

rlcit Hat

no.

tem

CA

2/60

bh.

dro

itu,

uoa

m.

M

(17/1)

Cla

1441

CO=

bus

al-

476

suetum ad laborem, quem post quinque millia passum cunctantem equo sedere iusit. Cumá, post duas mansiones equo etiam fatigatus esset o carpento imposuit. Hoc quoque respuentem, ac Imperium tadio laborum recusantem; denigo & mori paratum dimisit, ac militibus, a quibus Casar pracipue diligebatur, commendatum, ad villas suas tuto abire iußit. Sic illi commonstrauit, quid effet, gerere Imperium. Nimirum similis musto absinthium habenti est omnis dignitas, quæ vel est dulcis amarities, vel amara dulcedo. Hæc mixtura nifi effet, vellent omnes imperare; nunc labor multos absterrer; qui rursum nisi & mel suum haberet adiunctum, Imperium plerique detre-Starent. Sapienter Saturninus, hortantibus Bruf, libi militibus, vt Imperium susciperet, aiebat, 3. cap. 13. Nescitis, ô milites, quantum mali sit imperare; glady vt appendentes ceruicibus immineant: hasta undique, spicula, ipsi custodes timentur; ipsi comites formidantur; non cibus pro voluntate; non iter pro authoritate; non bella projudicio; non arma prostudio.

### §. IX.

Honoribus homines conciliari.

6. Mille sunt modi, quibus homo hominem potest offendere, inter præcipuos au-

F 5

tem

# Cap. VII. Artes & virtutes

tem est, quo eumdem solet placare, si verbis læsum, verbis rursum sanet; loco vituperij laudes reponat. Quemadmodum enim nutrices vagientibus pueris rursum apponunt papillam; ita is, qui offensus est contumelià, rursus laude subleuatur, honoribus sa-Miserat Pilatus Christum Dominum ad Herodem, quia cognouerat, quid de Herodis potestate esset: obquem honore, facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea immici erant ad innicem. Quin & subditi honoribus deliniuntur, vt iugum. subiectionis æquiùs ferant. Non enim putant seseruire, si sentiant honorari. Quamobrem interrogatus Apollonius à Babyloniæ rege, quo modo tutò regnare posset! respondit, Si multos honoraneris. enim vicissim regem honorare, qui, quid sit honorari, experiuntur. Neque sanè habent maiorem mercedem, quam virtuti aliorum reponant, honore, quo præclara illorum facta venerentur; præsertim apud eos, qui nebulas in pariete solent adorare.

Luc. 23.

CAPVI